

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM

PARS TERTIA.

LIBER DUODECIMUS.

TIT. I.

DE REBUS CREDITIS, SI CERTUM¹ PETITUR, ET DE CONDICIONE.

1. UPIANUS, lib. 26, ad Edictum.

E ne est, prius quam ad verborum interpretationem perveniamus, pauca de significacione ipsius tituli referre. Quoniam igitur multa ad contractus varios pertinentia jura sub hoc titulo prator inseruit, ideo rerum creditarum titulum premisit. Omnes enim contractus, quos alienam fidem secuti instituimus, complectitur: nam, ut lib. 1 Questionum Celsus ait, credendi generalis appellatio est: ideo sub hoc titulo prator, et de commodato, et de pignore edixit: nam cuicun' rei adsentiamur alienam fidem secuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur. Rei quoque verbum, ut generale, prator elegit.

2. PAULUS, lib. 28, ad Edictum.

Mutuum damus recepturi non eandem speciem, quam dedimus (alioquin commodatum erit, aut depositum): sed idem genus: nam si aliud genus, veluti, ut pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum. — § 1. Mutui² datio consistit in his rebus, quae ponere, numero, mensura consistunt: quoniam eorum datione possumus in creditum ire: quia in genere sua functionem recipiunt per solutionem, quam specie: nam in ceteris rebus ideo in creditum ire non possumus, quia aliud pro alio invito³ creditori solvi non potest. — § 2. Appellata est autem mutui datio ab eo, quod de meo tuum fit⁴: et ideo si non fiat tuum, non nascitur obligatio. — § 3. Creditum ergo a mutuo differt, qua genus a specie: nam creditum consistit extra eas res, quae pondere, numero, mensura continentur: sicut, si eandem rem recepturi sumus, creditum est. Item mutuum non potest esse, nisi profiscatur pecunia: creditum autem interdum, etiam si nihil profiscatur, veluti si post nuptias dos promittatur. — § 4. Ita mutui datione oportet dominum esse dantem: nec obest, quod filiusfamilias et servus, dantes peculiares numeros, obligant: id enim tale est, quale, si voluntate mea tu des pecuniam: nam mihi actio adquiritur, licet⁵ mei nummi non fuerint. — § 5. Verbis quoque credimus, quadam actu ad obligationem comparandam interposito: veluti stipulatione.

3. POMPONIUS, lib. 27, ad Sabinum.

Cum quid mutuum dederimus, etsi non cavimus, ut aequum non nobis redderetur, non licet debitori deteriori rem, qua ex eodem generis, etiam si non faciat, habendum est: id autem agi intelligitur, ut eiusdem generis, et eadem bonitate solvatur, qua datum sit.

4. UPIANUS, lib. 34, ad Sabinum.

Si quis nec causam, nec propositum fenerandi habuerit, et tu empturus praedia, desideraveris mutuum pecuniam, nec volueris creditum nomine, antequam emisses, suscipere, atque ita creditor, quia necessitatem forte proficiendis habebat, depositur apud te hanc eandem pecuniam,

Tir. I.—1. Lib. 4, C. 2, et Inst. quib. modis re contrah. oblig. in pr. — 2. L. 1, § 2, inf. de oblig. et act. et in pr. Inst. quib. modis re contrah. oblig. — 3. L. 16, L. 17, C. de solutione: L. 9, C. de rescind. vend. et pr. Inst. quib. modis tollitur oblig. — 4. In. fin. pr. Inst. quib. modis re contrah. oblig. — 5. L. 9, § 8, inf. h. t. — 6. L. 67, in fin. inf. de furt. — 7. Addit. L. 9, § 1, inf. de damno infect. — 8. L. 17, § 1, vers. quod si dolo supr. de revind. — 9. L. 74, L. 75, inf. de verb. oblig.

ut, si emisses, crediti nomine obligatus essemus, hoc depositum periculum est ejus, qui suspectus. Nam et qui rū vendendum accepterit, ut prelio uereor, periculo suo rem habebit. — § 1. Res pignori data, pecunia soluta condicione potest: et fructus ex injusta causa percepti condicendi sunt. Nam et si colonus, post lustrum⁶ completum, fructus perceperit, condicis eos constat: ita demum, si non ex voluntate domini percepti sunt: nam, si ex voluntate, proculdubio cessat condicione. — § 2. Ea, qua vi fluminum importata sunt, condicione possunt.

5. POMPONIUS, lib. 23, ad Sabinum.

Quod te mihi dare oporteat, si id postea perierit, quam per te factum erit, quo minus id mihi dares, tuum fore id detrimentum constat. Sed cum queratur, an per te factum sit, animadvertis debet, non solum in potestate tua fuerit id, neque, aut dolo⁸ malo feceris, quo minus esset vel fuerit, neque, sed etiam, si aliqua justa causa sit, propter quam intelligere deberes te dare oportere.

6. PAULUS, lib. 28, ad Edictum

Cerium est⁹, cuius species vel quantitas, qua in obligatione versatur, aut nomine suo, aut ex demonstratione, qua nominis vice¹⁰ fungitur, qualis quantumque sit, ostenditur. Nam et Pedius libro primo de stipulationibus nihil referre ait, proprio nomine res appellatur, an digito ostendatur, an vocabulis quibusdam demonstretur: quatenus mutua vice fungantur, qua tandem praestent.

7. UPIANUS, lib. 26, ad Edictum.

Omnia, que inseri stipulationibus possunt, eadem possunt etiam numerationi pecuniae: et id est conditions.

8. POMPONIUS, lib. 6, ex Plautio.

Proinde mutui datio interdum pendet, ut ex postfacto confirmetur¹¹ veluti, si dem tibi mutuos numeros, ut si condicione aliqua extiterit, mihi fiant, sisque mihi obligatus: item, si legatum pecuniam heres¹² creditur, deinde legatarium eam noluit ad se pertinere: quia heredis¹³ ex enim tale est, quale, si voluntate mea tu des pecuniam: nam mihi actio adquiritur, licet¹⁴ mei nummi non fuerint. — § 5. Verbis quoque credimus, quadam actu ad obligationem comparandam interposito: veluti stipulatione.

9. UPIANUS, lib. 26, ad Edictum.

Certi condicione competit ex omni causa, ex omni obligatione, ex qua certum petitur: sive ex certo¹⁴ contractu petatur, sive ex incerto: licet enim nobis ex omni contractu certum condicere, dummodo praesens sit obligatio: ceterum si in diem sit vel sub conditione obligatio, ante diem¹⁵ vel conditionem¹⁶ non potero agere. — § 1. Competit haec actio etiam ex legati causa, et ex lege Aquilia: sed et ex causa furtiva per hanc actionem condicitor. Sed et si ex senatusconsulto agetur, competit haec actio: veluti si is, cui fiduciaria hereditas restituisti, agere volet. — § 2. Sive autem suo nomine quis obligatus sit, sive alieno, per hanc actionem recte convenitur. — § 3. Quoniam igitur ex omnibus contractibus haec certi condicione competit, sive re fuerit contractus factus, sive

— 10. L. 54, in pr. inf. de condic. et demonstr. — 11. L. 19, in pr. inf. h. t. — 12. L. 15, inf. de rebus dub. — 13. L. 44, § 1, inf. de legat. t. — 14. L. 74, inf. de verb. oblig. — 15. L. 44, § 1, inf. de oblig. et act. — 16. L. 157, in fin. § 2, inf. de verb. oblig. — 17. L. 156, inf. de reg. iur. — 18. L. 5, C. de contrah. et committit. stipul. — 19. L. 9, § 2, pen. et ult. inf. de SC. Maced. — 20. L. 68, in pr. inf. pro socio. — 21. L. 18, § 1, supr. de judic. — 22. L. 2, § 2, pen. supr. h. t.; L. 126, § 2, vers. plane, inf. de verb. oblig. — 23. L. 2, C. per quas person. nob. adquir. — 24. L. 4, in pr. supr. h. t. — 25. L. 1, in pr. supr. de pact. — 26. L. 9, C. de non numer. pecun. — 27. L. 45, in pr. inf. de pecc. — 28. L. 24, in pr. inf. de oblig. et act. — 29. L. 24, § 1, inf. de mort. caus. donat. — 30. L. 2, Inst. quib. alienare licet. — 31. L. 9, in pr. inf. de suc. tutor. — 32. L. 9, § 2, inf. de reg. iur. — 33. L. 75, inf. de jure dolium; L. 52, § 2, inf. de mort. caus. — 34. L. 2, inf. de condic. caus. data; L. 76, inf. de jure dolium; L. 52, § 2, inf. de mort. caus. — 35. L. 1, in pr. inf. de solut. — 36. L. 2, Inst. quib. alienare licet. — 37. L. 9, in pr. inf. de suc. tutor. — 38. L. 9, § 2, L. 18, in fin. inf. de solut. — 39. L. 1, § 1, inf. de donat.

verbis, sive conjunctim, referenda sunt nobis quædam species, quæ dignum habent tractatum, an haec actio ad petitionem eorum sufficiat.

— § 4. Numeravi tibi decem, et haec alii stipulatus sum: nulla est stipulatio¹⁷. An condicere decem per hanc actionem possim, quasi duobus contractibus intervenientibus: uno, qui re factus est, id est, numeratione: alio, qui verbis, id est, inutiliter: quoniam alii¹⁸ stipulari non potui? et puto, posse. — § 5. Idem erit, si a pupilo fuero sine tutoris autoritate stipulatus, cui tutor autore credidi: nam et tunc manebit mihi condicione ex numeratione. — § 6. Item queri potest, et si, quod tibi numeravi, sub impossibili conditione stipuler: cum enim nulla sit stipulatio, manebit condicione. — § 7. Sed et, si ei numeravero, cui postea bonis interdictum est, mos ab eo stipuler, puto pupillo cum compandum: quoniam et stipulando sibi acquirit¹⁹. — § 8. Si nummos meos tuo nomine deder, velut tuos absente te et ignorante, Aristo scribit, adquiri tibi conditionem²⁰. Julianus quoque de hoc interrogatus libro 10 scribit, veram esse Aristonis sententiam: nec dubitari, quin, si meam pecuniam tuo nomine, voluntate tua, deder, tibi adquiratur obligatio: cum quotidie credituri pecuniam mutuam, ab alio poscamus, ut nostro nomine creditor meus et futuro debitor nostro. — § 9. Deposui apud te decem, postea permisi tibi uti: Nerva, Proculus, etiam antequam moveantur, condicere, quasi mutua, tibi haec posse aiunt: et est verum, ut et Marcello videtur: animo enim cepi possidere: ergo transit²¹ periculum ad eum, qui mutuum rogavit, et poterit ei condicione.

10. Idem, lib. 2, ad Edictum.

Quod si ab initio, cum deponerem, uti tibi, si voles, permisero, creditam non esse, antequam nota sit: quoniam debitum iri non est certum.

11. Idem, lib. 26, ad Edictum.

Rogasti me, ut tibi pecuniam crederem, ego: cum non haberem, lancem tibi deli, vel massam auri, ut eam venderes, et nummis uteris: si venderis, puto mutuum pecuniam factam. Quod si lancem, vel massam sine tua culpa perdideris prius, quam venderes, utrum milii, an tibi perierit, questionis est: mihi videtur Nerva distinctio verissima, existimantis, multum interesse, venalem habui hanc lanceam, vel massam, neque: ut: si venalem habui, mihi perierit; quemadmodum si alii delisseris vendendam: quod si non fui proposito hoc, ut venderem, sed haec causa fuit vendendi, ut tu uteris, tibi eam periisse; et maxime, si sine usus credidi. — § 1. Si tibi deder, decem [sic.] ut novem debeas: Proculus ait, et recte, non amplius te ipso jure debere, quam novem. Sed si deder, ut undecim debeas, putat Proculus, amplius, quam decem condicione non posse²². — § 2. Si fugitus servus nummos tibi crediderit, an condicere tibi dominus possit, queritur? et quidem si servus meus, cui concessa est pecunia administratio, crediderit tibi, erit mutua: fugitus autem, vel alius servus, contra voluntatem domini credendo, non facit accipiens²³. Quid ergo? Vindicari nummi possunt, si extant: aut, si dolo malo desinat possideri, ad exhibendum agi: quod si sine dolo malo consumpsisti, condicione tibi poterunt.

12. POMPONIUS, lib. 6, ex Plautio.

Si a²⁴ furioso, cum eum compotem mentis esse putares, pecuniam quasi mutuam accepis, eaque in rem tuam versus fuerit, condicione furioso adquiri, Julianus ait: nam ex quibus causa ignorantibus nobis actiones adquiruntur, ex iisdem etiam furioso adquiri. Item si is, qui servus crediderat, furere opererit: deinde²⁵ servus in rem domini vel in terribus, condicione furiosi nomine posse. Et si alienam pecuniam²⁶ credendi causa quis dederit, deinde furere opererit, et consumpta sit ea pecunia, condicione furioso adquiri.

13. UPIANUS, lib. 26, ad Edictum.

Nam et si fur numeros tibi credendi animo dedit, accipiens non facit: sed consumptis²⁷ eis, nascitur condicione. — § 1. Unde Papianus lib. 8 Questionum ait: Si alienos numeros tibi mutuos dedi, non ante milii teneris, quam eos consumpsisti: quod si per partes eos consumpsisti, an per partes tibi condicere, queritur? et at, condicetur, si administratio alienos numeros fuisse, ideo per partem condicere, quia nondum totos consumptos compereram. — § 2. Si servus communis decem creditur, puto, sive administratio servo concessa est, sive non, et consumptus nummi, quinum competere actionem: nam et si communis²⁸ tibi numeros crediderit centum, posse me quinquaginta condicere, lib. 8

14. Idem, lib. 18 Digestorum.

Si tibi pecuniam donassem²⁹, ut mihi eandem crederes, an credita fieret? Dixi, in hujusmodi propositionibus non propriis verbis nos uti: nam talem contractum neque donationem esse, neque pecuniam creditam: donationem non esse, quia non ea mente pecunia daretur, ut omnimodo penes accipientem maneret; creditam non esse, qui exsolventi causa magis daretur, quam alterius obligandi. Igitur si is, qui pe-

ceperit: item qui in solutum dederit, liberabitur ab eo, qui peceperit.

15. PAULUS, lib. 52, ad Edictum.

Si tibi pecuniam donassem²⁹, ut mihi eandem crederes, an credita fieret? Dixi, in hujusmodi propositionibus non propriis verbis nos uti: nam talem contractum neque donationem esse, neque pecuniam creditam: donationem non esse, quia non ea mente pecunia daretur, ut omnimodo penes accipientem maneret; creditam non esse, qui exsolventi causa magis daretur, quam alterius obligandi. Igitur si is, qui pe-

cuniam hac conditione accepit, ut mihi in creditum daret, acceptam dederit, non fore creditam: magis enim meum accepisse intelligi debeo. Sed haec intelligenda sunt propter subtilitatem verborum: benignius tamen est, utrumque valere.

21. *Idem*, lib. 48 Digestorum.

Quidam existimaverunt, neque eum, qui decem petret, cogendum quinque accipere, et reliqua persequi: neque eum, qui fundum suum diceret, partem dumtaxat iudicio persequi: sed in utraque causa humanius facturus videtur prator, si actorem compulerit ad accipendum id, quod⁴⁰ offeratur: cum ad officium ejus pertineat⁴¹, lites diminuere.

22. *Idem*, lib. 4, ex Minicio.

Vinum, quod mutuum datum erat, per judicem petitum est: quasitum est, cuius temporis estimatio fieret: utrum cum datum esset, an cum item contestatus fuisse, an cum res judicaretur? Sabinus respondit, si⁴² dictum esset, quo tempore redderetur, quanti⁴³ tunc fuisse: (si⁴⁴ non, quanti tunc) cum petitum esset⁴⁵. Interrogavi, cuius loci pretium sequi oportet? Respondit⁴⁶, si convenisset, ut certo loco rediretur, quanti eo loco esset: si dictum non esset, quanti ubi esset petitum.

23. *AFRICANUS*, lib. 2 Quæstionum.

Si eum servum, qui tibi legatus sit, quasi mihi legatum possederim, et vendiderim: mortuo eo, posse te mihi pretium condicere, Julianus ait: quasi ex re tua locupletior factus sim.

24. *ULPIANUS*, lib. sing. Pandectarum.

Si quis certum⁴⁷ stipulatus fuerit, ex stipulato actionem non⁴⁸ habet: sed⁴⁹ illa conductitia actione id persequi debet, per quam certum petitur.

25. *Idem*, lib. sing. [de officio] Consularium.

Creditor, qui ob restitutionem⁵⁰ aedificiorum crediderit, in pecuniam, quam crediderit, privilegium exigendi habebit.

26. *Idem*, lib. 8 Opinionum.

Si pecuniam militis, procurator ejus mutuam dedit, fidejussoremque accepit: exemplo eo, quo si tutor pupilli, aut curator juvenis pecuniam alterutris eorum creditam stipulatus fuerit, actionem dari militi, cuius pecunia fuerit, placuit.

27. *Idem*, lib. 10, ad Edictum.

Civitas mutui datione obligari potest, si ad utilitatem ejus pecuniae versae sunt: aliquo ipsi sibi, qui contraxerunt, non civitas, tenebuntur.

28. *GAIUS*, lib. 21, ad Edictum provinciale.

Creditor, qui non idoneum pignus accepit, non amittat exactionem ejus debiti quantitatis, in quam pignus non sufficit⁵¹.

29. *PAULUS*, lib. 4, ad Plautum.

Si institorem servum dominus haberit, posse dici Julianus ait, etiam condici ei⁵² posse: quasi jussu ejus contrabatur, a quo præpositus sit.

30. *Idem*, lib. 8, ad Plautum.

Qui pecuniam creditam accepturus, spopondit creditori futuro, in postestate⁵³ habet, ne accipiendo se ei obstringat.

31. *Idem*, lib. 17, ad Plautum.

Cum fundus vel homo per conditionem petitus esset, puto, hoc nos jure uti, ut post judicium acceptum⁵⁴ cause omnis restituenda sit: id est, omne, quod habiturus esset actor, si litis contestande tempore solitus fuisset. — § 1. Servum tuum imprudens⁵⁵ a fure bona fide emi: is ex peculio, quod ad te perfinebat, hominem paravit, qui mihi traditus est: Sabinus, Cassius, posse te mihi hominem condicere: sed, si quid mihi abesset ex negotio, quod is gessisset, invicem me tecum acturum: et hoc verum est: nam et Julianus ait, videndum, ne dominus integrum ex emptio actionem habeat, vendor autem condicere possit bona fidei emptori. Quod ad peculiares nummos attinet, si extant, vindicare eos dominus potest, sed actione de peculio tenetur venditor, ut premium solvat: si consumpti sint, actio de peculio evanescit. Sed adjicere debuit Julianus, non aliter domino servi venditorem exempto teneri, quam si⁵⁶ ei pretium solidum, et quæcumque, si cum libero contraxisset, deberentur, dominus servi prestat. Idem dici debet, si bona fidei pos-

⁴⁰ L. 8, in fin. supr. si credet; L. ult. infr. quib. mod. pign. — ⁴¹ Vide *tamen* L. 44, § 1, infr. de distract. pignor; L. 5, c. eod. — ⁴² L. 17, in fin. infr. de inst. act., § 2 fin. Inst. quad cum eo, qui in alieno potest. — ⁴³ L. 4, infr. que res pignor: L. 11, in fin. pr. infr. qui poter. in pignor. — ⁴⁴ d. L. ult. — ⁴⁵ Vide *tamen* L. 3, in pr. d. t. — ⁴⁶ d. L. ult. in fin. — ⁴⁷ L. 74, infr. de verb. oblig. — ⁴⁸ Vide *tamen* L. 1, § 5, supr. de eo per quem facit; L. 21, in fin. supr. de recept. qui arbitri; L. 28, infr. de act. empt.; L. 14, C. de pac. junct.; L. 62, infr. de verb. oblig. — ⁴⁹ In pr. Inst. d. t. — ⁵⁰ L. 1, infr. in quibus pign. — L. 1, infr. de cess. honor; L. 24, § 1, infr. de reb. auctor. jud. e possid. —

sessori solvissem: si tamen actiones, quas aduersus eum habeam, prestatre domino paratus sim.

52. *CELSUS*, lib. 8 Digestorum.

Si [et] me, et Titum mutuan pecuniam rogaveris, et ego meum debitorem tibi promittere jusserim, tu stipulatus sis, cum putares eum Titii debitorem esse, an mihi obligaris? Subsistit: si quidem nullum negotium mecum contraxisti: sed proprius est, ut obligari te existimet: non quia pecuniam tibi credidi (hoc enim nisi inter consentientes fieri non potest); sed quia pecunia mea, [quæ] ad te pervenit, eam mihi a te reddi bonum et æquum est.

53. *MODESTINUS*, lib. 10 Pandectarum.

Principalibus constitutionibus cavitur, ne⁴⁷ hi, qui provinciam regunt, quive circa eis sunt, negotiantur, mutuan pecuniam dent, fenusve exercant.

54. *PAULUS*, lib. 2 Sententiarum.

Præsidis provincie officiales, qui perpetui sunt, mutuan pecuniam dare, et fenusve exercere possunt. — § 1. Præses provincie mutuan pecuniam sumere non prohibetur.

55. *MODESTINUS*, lib. 5 Responsorum.

Periculum nominum ad eum⁵⁸, cuius culpa deterius factum prebari potest, pertinet.

56. *JAVOLENTUS*, lib. 4 Epistolarum.

Pecuniam, quam mihi sine conditione debebas, jussu meo promisiisti Attio sub conditione: cum, pendente conditione, in eo statu sit obligatio tua adversus me, tanquam sub contraria conditione eam mihi spondisti: si pendente conditione petam, an nihil acturus sum? Respondit: Non dubito, quin mea pecunia, quam ipse sine conditione stipulatus sum, etiammodo conditione in persona Attii, qui ex mea voluntate eandem pecuniam sub conditione stipulatus est, non extiterit, credita esse permaneat: perinde est enim, ac si nulla stipulatio intervenisset: pendente autem causa conditionis⁵⁹, idem petere non possum: quoniam cum incertum sit, an ex ea stipulatione deberi possit, ante tempus petere videor.

57. *PAPINIANUS*, lib. 4 Definitionum.

Cum ad præsens tempus conditione conferatur, stipulatio non suspenditur⁶⁰; et, si conditio vera sit, stipulatio tenet: quamvis tenere contrahectem ignorare, veluti, si rex Parthorum vivit, centum [milia] dare spondes? Eadem sunt, et cum in præteritum conditione conferatur.

58. *SCEVOLA*, lib. 1 Quæstionum.

Respicendum enim esse, an, quantum in natura hominum sit, possit scire eam debitum iri.

59. *PAPINIANUS*, lib. 1 Definitionum.

Itaque tunc potestatem conditionis obtinet, cum in futurum confertur.

40. *PAULUS*, lib. 5 Quæstionum.

Lecta est in auditorio *Æmili Papiniani*, praefecti prætorio, jurisconsulti, cauto bujusmodi: *Lucius Titius* scripsi me accepisse a *Publio Mævio* quindecim mutua numerata mihi de domo: et hec quindecim proba⁶¹ recte dari kalendis fœturiis stipulatus est *Publius Mævius*, spopondi ego *Lucius Titius*. Si die superscripta summa *Publio Mævio*, eive ad quem ea res perinebit, data, soluta, sativa eo nomine facit non erit, tunc eo amplius, quo post solvam, pone nomine, in dies trigesima, inique denarios centenos, denarios singulos dari stipulatus est *Publius Mævius*, spopondi ego *Lucius Titius*: convenienter inter nos, ut pro *Mævio* ex summa superscripta monstruos refundere debeant denarios tricenos ex omni summa ei, hereditive ejus. Quasitum est de obligatione usuraram: quoniam numerus mensum, qui solutioni competit, transierat? *Dicebam*, quia pacta incontinentia facta stipulationi inesse ceduntur, perinde esse, ac si per singulos menses certam pecuniam stipulatus, quoad tardius soluta esset, usuras adjectisset: igitur, finito primo mense, prima pensionis usuras currere: et similiter post secundum et tertium tractum usuras non soluta [pecunia] pensionis crescere: nec ante sortis non solute usuras peti posse, quam ipsa sortis potuerat. Pactum autem, quod sui-jectum est, quidam dicebant ad sortis solutionem tantum pertinere, non etiam ad usuraram, que priore

⁵⁸ L. 9, § 1, infr. de distract. pignor; L. 5, c. eod. — ⁵⁹ L. 17, in fin. infr. de inst. act., § 2 fin. Inst. quad cum eo, qui in alieno potest. — ⁶⁰ L. 4, infr. que res pignor: L. 11, in fin. pr. infr. qui poter. in pignor. — ⁶¹ L. 24, § 1, infr. de act. empt. — ⁶² L. 13, § 8, infr. L. 8, in fin. C. d. t. — ⁶³ L. 5, C. si certus petatur. — ⁶⁴ L. 5, C. si certus petatur. — ⁶⁵ L. 15, C. sp. et L. 4, C. t. — ⁶⁶ L. 31, in pr. supr. de procur. — ⁶⁷ L. 2, § 6, infr. et donat. — ⁶⁸ L. 21, infr. de solut. — ⁶⁹ L. 116, infr. de verb. oblig. — ⁷⁰ L. 6, § 1, infr. d. t.

Tir. U. — 4. L. 2, § 1, infr. de verb. oblig. — 4. L. 13, in fin. C. de jurejur. proper calumn. — 3. L. 21, supr. de dolo male. — 4. L. 15, infr. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. — 5. L. 9, in pr. s. pr. h. t. — 60. L. 100, L. 120, infr. § 6. Inst. de verb. oblig.

parte simpliciter in stipulationem venissent: pactumque id tantum ad exceptionem prodesset: et ideo, non soluta pecunia statutis pensionibus, ex die stipulationis usuras deberi, atque si id nominatum esset expressum. Sed cum sortis petitio dilata sit, consequentia est, ut etiam usura ex eo tempore, quo moram fecit, accedat: et, si (ut ille putabat) ad exceptionem tantum prodesset pactum (quamvis sententia diversa ostinetur), tamen usurarum obligatio ipso jure non committetur: non enim in more est is, a quo pecunia proper exceptionem peti non potest. Sed si quantitate, qua medio tempore colliguntur, stipularum, cum conditio extiterit, sicut est in fructibus, idem et in usuris potest exprimi, ut diem non soluta pecunia, quod⁶² competit usurarum nomine, ex die interposita stipulatione præstetur.

41. *AFRICANUS*, lib. 8 Quæstionum.

Ejus, qui in provincia *Stichum* servum kalendario proposuerat, Rome testametum recitatum erat, quo idem *Stichus* liber, et ex parte heres erat scriptus: qui status sui ignarus, pecunias defuncti aut exegit, aut credidit, ut interdum stipularetur, et pignora acciperet: consulebatur, quid de his iuriis esset? Placebat, debitores quidem, ei qui solvissent, liberatos⁶³ esse: si molo ipsi quoque ignorassent dominum decessisse: earum autem summarum nominem, quæ ad *Stichum* pervenissent, familia circumsca quidem actionem non⁶⁴ competere coheredibus⁶⁵; sed negotiorum gestorum dari debere⁶⁶; quas vero pecunias ipse credidisset, eas non ex majori parte, quam ex qua ipse heres sit, alienata esse. Nam et si tibi in hoc dederim nummos, ut eos *Sticho* credas, deinde, mortuo, ignorans dederis, accipientis non facies⁶⁷; neque enim sicut illud receptum est, ut debitores solventes ei liberentur, ita hoc quoque receptum, ut credendo nummos alienaret. Quare, si nulla stipulatio intervenisset, neque, [ut] creditam pecuniam, pra pars coheredis peti posse, neque pignora teneri. Quod si stipulatus quoque esset, referret, quemadmodum stipulatus esset: nam si nominatum, forte *Titio domino suo*, mortuo jam, dari stipulatus sit, proculdubio inutiliter esset stipulatus. Quod si sibi dari stipulatus esset, dicendum hereditatum eum adquisisse: sicut enim nobismetipis ex re nostra per eos, qui liberi, vel alieni servi dona fide servant, adquiratur, ita hereditati quoque ex re hereditaria adquiri: post aditum vero coheredibus hereditatum, non æque idem dici [potest]: utique si scierint eum sibi coheredem datum: quoniam tunc non possunt videri bona fidei possessores esse, qui nec possident animalia haberent. Quod si proponatur, coheredes ejus id ignorasse, quod forte ipsi quoque ex necessariis fuerint: potest adhuc idem responderi: quod quidem casu illud eventurum, ut, si sua conditionis coheredes iste servus habeat, invicem bona fide servire videantur.

42. *CELVS*, lib. 6 Digestorum.

Si ego decem stipulatus a *Titio*⁶⁸, deinceps stipuler a *Seio*, quanto minus⁶⁹ a *Titio* consequi possim, si decem petiero a *Titio*, non liberatur *Seius*: aliquo nequequam mihi caverit: at si judicatum fecerit *Titius*, nihil ultra *Seius* tenetur. Sed si cum *Seio* egero, quantumcumque est, quo minus a *Titio* exigere potero eo tempore, quo judicium inter me et *Seium* acceptum est, tanto minus a *Titio* postea petere possum. — § 1. Labeo ait, cum *decem curari*⁷⁰ stipulatus sis, ideo non posse te decem dari oportere intendere, quia etiam reum locupletiorem dando promissor liberari possit: quo scilicet significet, non esse cogendum eum accipere judicium, si reum locupletem offeras.

43. *PAULUS*, lib. 19, ad Edictum.

Remittit *jurandum*, qui deferente se, cum paratus esset adversarius jurare, gratiam⁷¹ ei facit, contentus voluntate suscepti *jurandum*. Quod si non suspect *jurandum*, licet postea parato jurare actor nolit deferre, non videbitur remissum: nam, quod suspectum est, remitti debet.

7. *ULPIANUS*, lib. 22, ad Edictum.

Ait prator: *Eius rei, de qua *jurandum* delatum fuerit, neque in ipsum, neque in eum, ad quem ea res pertinet, actionem⁷² dabo ejus rei sic erit accipendum, sive tota de re, sive de parte sit *juratum*: nam de eo, quod *juratum* est, pollicetur se actionem non daturum: neque in eum, qui *juravit*, neque in eos, qui in locum ejus, cui *jurandum* delatum est, succedunt⁷³.*

8. *PAULUS*, lib. 18, ad Edictum.

Etiamsi in rem successerint.

9. *ULPIANUS*, lib. 22, ad Edictum.

Nam, postquam *juratum* est, denegatur actio: aut si controversia erit, id est, si ambiguit, an *jurandum* datum sit, exceptioni locus est. — § 4. Jurejurando dato, vel remisso, reus quidem adquirit exceptionem⁷⁴ sibi, aliisque: actor vero actionem adquirit:

eam dare oportere, eoque juravero, tempore non liberatur: quia post¹⁸ item contestat cum eo perpetuatur adversus eum obligatio. — § 4. Si minor viginti quinque annis detulerit, et hoc ipsi captum se dicat, adversus exceptionem jurisjurandi replicari debet, ut Pomponius ait. Ego autem puto, hanc replicationem non semper esse dandum; sed plerumque ipsum praeorem debere cognoscere, an captus sit, et sic in integrum restituere: nec enim utique, qui minor est, statim ei circumscriptum se docuit. Præterea exceptio ista, sive cognitio, statutum tempus¹⁹ post annum XX non debet egredi. — § 5. Sed et si quis in fraudem creditorum jusjurandum detulerit debitori, adversus exceptionem jurisjurandi, replicatio fraudis creditoribus debet dari. Præterea si fraudator detulerit jusjurandum creditori, ut juret *sibi decem dari oportere*, mox, bonis ejus venditis, experiri volet, aut denegari debet actio, aut exceptio opponitur fraudatorum creditorum. — § 6. Jusjurandum defensoris²⁰ vel procuratoris, ei ad adversario delatum, prodesse, exceptio nemque domino pare²¹, Julianus scribit. Idem ergo dicendum erit, et si datus ad petendum procurator, reo deferente, juraverit dari *michi oportere*: nam actionem mibi parit. Quia sententia habet rationem. — § 7. Si petitor juravit, possessore deferente, *rem suam esse*, actori dabitur actio. Sed hoc dumtaxt adversus eum, qui jusjurandum detulit; eosque, qui in ejus locum successerunt: ceterum adversus alium²² si velit prærogativa jurisjurandi uti, nihil ei proderit:

10. PAULUS, lib. 18, ad Edictum.

Quia non deberet alii nocere, quod inter alios actum²³ esset.

11. ULPIANUS, lib. 22, ad Edictum.

Sed si possessori²⁴ fuerit jusjurandum delatum, juraveritque *rem petitoris non esse*, quamvis quidem possidet, adversus eum, qui detulit jusjurandum, si petat, exceptione jurisjurandi tetetur; si vero amiserit possessionem, actionem non habebit, ne quidem si possidet, qui ei jusjurandum detulit; non enim *rem suam esse* juravit, sed *ejus non esse*.

— § 1. Proinde si, cum possideret, [et] deferente petitore *rem suam juravit*, consequenter dicemus, amissa quoque possessione, si is, qui detulit jusjurandum, nancius sit possessionem, actionem in factum iudicandam: et fructus perceptos ex re, quam *mean esse* juravi, restitui mili placuit: sed et partum editum, factusque pecorum restituendos constat post jusjurandum delatum. — § 2. Item si *juraverit, usumfructum eius cuius rei vel meum esse*, vel dari *michi oportere*, etenus mili, competit actio, quatenus, si vere usumfructum haberem, duraret: quibus vero casibus amitteretur, non competit mili actio. Sed si rerum, in quibus usumfructus propter abusum constituti non potest, juraverit *usumfructum se habere*, vel *sibi deberi*, effectum jurisjurandi sequendum arbitror: idque tunc quoque videri eum recte jurasse: puto et ex eo jurejurando posse petere usumfructum, cautione oblatu²⁵. — § 3. Si, cum de hereditate inter me et te controversia esset, juraverit *hereditatem meam esse*, id consequi debeo, quod haberem, si secundum me de hereditate pronuntiatus esset: et non solum ea res restituere debes quas tunc possideas, sed et si quas postea capisses possidere: perinde haberet, quod juratum est, atque si probatum esset: idcirco utilis actio mili competet. Quod si ego ex eadem hereditate possidorem, tuque capisses petere eam a me, cum adversus te jurarem, exceptione me uti debere jurisjurandi. Plane si aliis a me hereditatem petere coepit, dubium non erit (ut et Julianus scribit) nihil mili jusjurandum prodesse.

12. JULIANUS, lib. 9 Digestorum.

Idem est et si ego [a] qualibet alio possidente res hereditarias petere velim: quia et si petisset a me hereditatem, et probasset meam, nihilominus ab altero petendo, idipsum probare necesse haberem.

13. ULPIANUS, lib. 22, ad Edictum.

Si duo patrini essent, et libertus altero deferente²⁶ jurasset, *se libetum ejus non esse*, utrum alteri [totius] debita patrini portionis, an vero dimidie debita eis partis bonorum possesso competet? Et ait, si is, cui juratum est, patrini fuisse, alteri sua partis bonorum possessionem competere: nec ei prodesse, quod adversus alterum libertus jurasset: mutum tamen fidei et autoritatis apud judicem patronum habetur, quo magis solum se patronum probaret, quod libertus jurasset, alterum patronum non esse. — § 4. Julianus ait, *eum, qui juravit fundam suum esse*, post longi temporis præscriptionem etiam utilem actionem

18. L. ult. in fin. infr. de fiducia, tutor; L. 29, infr. de novat. Add. L. 28, § 2, supr. de jude. — 19. L. ult. in pr. C. de tempor. in integr. resti. minor; N. 123, c. 1, circa med. — 20. L. ult. § 2 pen. infr. b. t. — 21. *Vide tamen* L. 38, infr. cod. — 32. L. 1, § 2, infr. quar. actio. — 33. L. 35, in pr. infr. b. t. — 34. L. 12, supr. de pact. L. 58, L. 65, supr. de procurat. — 35. L. 15, § 2, supr. de pact. — 36. L. 25, L. 24, infr. b. t. — 37. L. 35, inf. de solution. — 38. L. ult. in pr. infr. de novat. — 39. *Ost.* L. 27, in fin. pr. supr. de pact. L. 16, L. 25, infr. de novat.

19. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.

20. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.

21. *Vide tamen* L. 38, infr. cod.

22. L. 1, § 2, infr. quar. actio.

23. L. 1, § 2, supr. de pact.

24. L. 7, § 2, supr. de pact.

25. L. 1, C. inter alios acta.

26. L. 7, § 2, vers. sed si possessori supr. de

de

publico, in rem act. — 25. L. 2, supr. de u.usr. ear. rer. — 26. L. 30, § 2, infr. b. t. — 27. *Ost.*

L. 52, § 27, infr. de fort. — 28. L. 2, in fin. C. de reb. cred. — 29. N. 123, c. 7, add. L. 2, § 2, supr. de reb. cred.

22. PAULUS, lib. 18, ad Edictum.

Quidam et de peculio actionem dandam in dominum, si actori detulerit servus jusjurandum. Eadem de filiosfamilias dicenda sunt.

23. ULPIANUS, lib. 26, ad Edictum.

Si servus juraverit, *dominum dare non oportere*, exceptio domino⁴⁰ indulgenda est, sibique adversarius imputabit, qui servo detulit jusjurandum.

24. PAULUS, lib. 28, ad Edictum.

Multa magis proderit patri⁴¹ religio filii, cum quo etiam judicium consistere potest. Ipsi autem referentes, conditionem eorum, quibus subjecti sunt, non faciunt deteriorem.

25. ULPIANUS, lib. 26, ad Edictum.

Sed et si servus⁴² meus, delato vel relato [ei] jurejando, *juravit rem domini esse*, vel *ei dare oportere*, puto dandam mihi actionem vel pacti exceptionem, propter religionem et conventionem.

26. PAULUS, lib. 18, ad Edictum.

Qui jurasse dicuntur, nihil refut, cuius sexus, etatis sit: omninem modo custodiri debet jusjurandum adversus eum, qui contentus eo, cum deferret, fuit: quamvis pupillus non videatur pejorare: quia sciens⁴³ fallere non videatur. — § 1. Si pater, *filium dare non oportere* juraverit, Cassius respondit, et patri et filio dandam exceptionem jurisjurandi. Si pater juraverit, *in peculio nihil esse*, filius conveniri poterit: sed et pater ita convenietur, ut post acquisiti peculii ratio habeatur. — § 2. Jurisjurandi conditio ex numero esse potest videri novandi, delegandae: quia proficiscitur ex conventione: quamvis habeat et instar judicii.

27. GAIUS, lib. 5, ad Edictum provinciale.

Jusjurandum etiam loco⁴⁴ solutionis cedit.

28. PAULUS, lib. 18, ad Edictum.

In duobus reis stipulandi, ab altero delatum jusjurandum etiam alteri nocebit. — § 1. Quod reus juravit⁴⁵, etiam stipulans proficit, a fidejussore exactum jusjurandum, prodesse etiam⁴⁶ reo, Cassius et Julianus ait: nam quia in locum⁴⁷ solutionis succedit, hic quia que eodem l. eo habendum est: si modo ideo interpositum est jusjurandum, ut de ipso contractu, et de re, non de persona jurantis ageretur⁴⁸. — § 2. Si ei, qui debitorem meum in judicium exhibere promisit, jusjurandum detulerit, isque juraverit, *se omnino exhibitionem ejus non promisisse*, prodesse debitori meo id non debet: si vero juraverit, *se nihil mili præstare oportere*, distinguendum sit, et replicatione emendandum, utrum ideo juraverit, [an] quia post promissionem exhibuerit, an vero quia solverit. Quod et in fiducissore debiti distinguendum est. — § 3. Ex duabus reis promittendi ejusdem pecuniae alteri juravit? alteri quoque prodesse debet: — § 4. Exceptio jurisjurandi, non tantum si ea actione quis utatur, cuius nomine exigit jusjurandum, opponi debet: sed⁴⁹ etiam si alia, si modo eadem quiescit in [hoc] judicium deducatur, forte si ob actionem mandati, negotiorum gestorum, societatis ceteraque similes jusjurandum exactum sit: deinde ex iisdem causis cerum condicatur: quia per alteram actionem altera quoque consumitur. — § 5. Si quis juraverit, *se non ratusse*, non debet adjuvari hoc jurejurando in actione fieri, aut condicione: quia aliud est furtum fecisse, quod vel clam fieri potest. — § 6. Colonus, cum quo propter successas forte arbores agebatur ex locato, si juraverit *se non sucidisse*, sive⁵⁰ lege duodecim tabularum de arbitrio successis, sive lege Aquilia danni injurya, sive interdicto⁵¹ *quod vi aut clavis* postea convenitur, per exceptionem jurisjurandi defendi poterit. — § 7. Quia juravit, *divertia causa rem se non amovisse*, non debet defendi per exceptionem, si cum ea in rem agatur: et, si contendat *suam esse*, alio jurejurando opus est: contra, si juraverit *suam esse*, debet in actione rerum atomarum defendi. Et omnino hoc observandum est, licet⁵² per aliam actionem eadem questio moveatur, ut exceptio jurisjurandi locum habeat. — § 8. Igitur si quis juravit, *se non esse condemnatum*, etiam si ex stipulatu judicatum solvi ob rem judicatum solvi convenienter, juravit *se dare non oportere*, agenti judicati non utique obstabit exceptio: potest enim fieri, ut non si commissa stipulatio, licet res judicata sit: nisi ideo jurasset, quod nec damnatum se esse diceret. — § 9. Item Pomponius ait, *eum, qui furtum sibi factum atlicijus rei juravit, non statim etiam condicione causam nancisci*. — § 10. Item cum ex hac parte

40. L. 20, supr. b. t. — 41. L. ult. infr. de except. — 42. L. 20, supr. b. t. — 43. Add. L. 2, infr. b. t. — 44. L. 2, supr. b. t. — 45. L. ult. in fin. infr. cod. — 46. d. L. ult. § 1, — 47. L. 27, supr. cod. § 2, infr. b. t. — 48. L. 2, infr. b. t.; L. ult. § 2, infr. b. t. — 49. L. 27, supr. b. t. — 50. L. 1, infr. b. t. — 51. L. 13, in pr. inf. quod si aut. clam. — 52. L. 24, supr. b. t. — 53. L. 5, § 2, supr. L. 25, infr. b. t. — 54. L. 9, C. de reb. cred.; N. 10, b. t. — 55. Add. 28, infr. b. t. — 56. L. 14, supr. b. t. — 57. L. 1, in pr. supr. usfr. quemadmodum. caveat. — 58. L. 1, in pr. supr. usfr. quemadmodum. caveat.

41. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.

42. L. 20, supr. b. t. — 43. Add. L. 2, supr. b. t. — 44. L. 2, supr. b. t. — 45. L. 2, supr. b. t. — 46. d. L. ult. § 1, — 47. L. 27, supr. cod. § 2, infr. b. t. — 48. L. 2, infr. b. t.; L. ult. § 2, infr. b. t. — 49. L. 27, supr. b. t. — 50. L. 1, infr. b. t. — 51. L. 13, in pr. inf. quod si aut. clam. — 52. L. 24, supr. b. t. — 53. L. 5, § 2, supr. L. 25, infr. b. t. — 54. L. 9, C. de reb. cred.; N. 10, b. t. — 55. Add. 28, infr. b. t. — 56. L. 14, supr. b. t. — 57. L. 1, in pr. supr. usfr. quemadmodum. caveat. — 58. L. 1, in pr. supr. usfr. quemadmodum. caveat.

43. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.

44. L. 20, supr. b. t. — 45. L. 2, supr. b. t. — 46. d. L. ult. § 1, — 47. L. 27, supr. cod. § 2, infr. b. t. — 48. L. 2, infr. b. t.; L. ult. § 2, infr. b. t. — 49. L. 27, supr. b. t. — 50. L. 1, infr. b. t. — 51. L. 13, in pr. inf. quod si aut. clam. — 52. L. 24, supr. b. t. — 53. L. 5, § 2, supr. L. 25, infr. b. t. — 54. L. 9, C. de reb. cred.; N. 10, b. t. — 55. Add. 28, infr. b. t. — 56. L. 14, supr. b. t. — 57. L. 1, in pr. supr. usfr. quemadmodum. caveat. — 58. L. 1, in pr. supr. usfr. quemadmodum. caveat.

45. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.

46. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.

47. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.

48. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.

49. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.

50. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.

51. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.

52. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.

53. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.

54. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.

55. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.

56. C. de jurejur. propter column; N. 124, c. 1, circa med.